



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 111. Titulus XLIV. De Confraternitatibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. CXI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1584.

*Titulus XLIV. De Confraternitatibus.*

**A**git titulus quadragesimus quartus de Confraternitatibus, & Sodalitiis, hancque in rem quatuor sanciebantur Canones hujus tenoris I. *Confraternitates illæ tantum retineantur, quæ pietatis operibus vigent, & ab omni fastu, & pompa sunt alienæ: in quibus etiam leges Christianæ religioni non repugnantes constitutæ sunt. Si quæ aliter fuerint institutæ, Episcopi arbitrio vel corrigantur, vel tollantur: in posterum vero nullæ sine Episcopi licentia instituantur.*

Canon II. *Siquæ confraternitates hæctenus aut intermissæ, aut penitus sublatae sunt, earum redditus ad opera pia arbitrio Episcopi impendantur, quousque Seminaria instituantur, quorum usibus tunc applicabuntur.*

Canon III. *Non liceat Canonicis, & ceteris Ecclesiasticis confraternitatum prætextu suas Ecclesias relinquere tempore divini officii, sub pœna privationis distributionum illius diei.*

Canon IV. *Non celebrentur confraternitates in Choro ad majus altare Ecclesiarum Cathedralium, aut Collegiatarum, sed in Sacellis tantum, & extra horam, qua divinum officium peragitur.*

§. CXII.